

## LI

id quod in Saulem : in iudæos qui Apidis uitulū adorarāt :  
& in alios pmultos ostēdit : tua gratitudine delectat⁹ & ui-  
uum & mortuū sempiterna gloria te amplifcet. Hæc autē  
nō iccirco Franciscus Philelfus liberius ad te scripsit : quod  
regali tuæ incōparabiliq; uirtuti quicq̄ diffideret : sed ut suā  
erga te fidē obseruantiaq; ostenderet. Vale ex Mediola/  
no. xiiij. Kal. Martias. M. cccc. Li.

Francisci Philelfi epistolarum liber nonus.

Frāciscus Philelfus Sphortiaē secundo sal.

b  
Ortae me Sphortia secunde singularis tua  
benigna; modestia : ut de his ad te scribe-  
re nō uerear : quæ uel utilia tibi uel saltē nō  
iniucūda fore iudico : Idq; eo libētius factu-  
rus accedo : qd̄ cū tuæ meæq; ætati : tū mu-  
tuæ nostræ beniuolētiaē cōsentaneū eē du-  
xi. Per multis te munerib⁹ eisdemq; præclaris tum natura  
insigniuit; tum auxit fortuna : quam uocant. Quæ si diligē-  
ti studio ac ueluti arte quadā ad cumulū usq; perduxeris :  
nullius inops laudis sis futur⁹. Quo patre nat⁹ es : nō igno-  
ras. Huius maximas incomparabilisq; uirtutes nisi fueris  
egregie imitatus : quāto is patre Sphortia imperatore for-  
tissimo : ob rerum gestarū atq; regni gloriā habet illustrior :  
tāto ipse Frācisco Sphortia patre tuo | principe optimo ac  
maximo | in laude min⁹ excellenti quadā : obscurior fuisse  
existimabere. Nihil em̄ obtendas : quod incuses : Nā si Af-  
ricani superioris filius patritis laudibus nō respōdit : nō ei  
sed ualitudini culpa datur. At Sextus pompeij magni : &  
Marcus Ciceronis filij : alijq; nōnulli uiris nati præstantissi-  
mis inter degeneres ideo numerant⁹ : qd̄ sua ipsorū culpa  
tales esse uoluerūt. Quod em̄ benignitatis genus : ut ad te  
redeam : natura tibi nō est affatim elargita : Formæ præstā-  
tia polles plurimū : qua ipsa dignitatē mētis atq; ingenij re-  
præsentari par est : liquidem materia formæ quam dicūt: